



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Prooemivm Interpretis in Eusebium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

PROE MIVM INTERPRETIS
in Eusebium



Vit hoc præclarè semper in more po-
situm (humanissime Lector) his qui
de legibus deque recta reip. admini-
stratione aliquid literarum monu-
mentis ad posteritatis memoriam
commédare instituebant, vt fontes
vnde illa non sine maximo fructu
ad hominum notitiam proflexerūt,

roto animo peruestigare conniterentur. Nam quo pro-
pius quicque aberat ad ortu, eò verius integriusq; fanciã
putabatur. Priscorum enim hominum mentibus non ex-
pressa solum & illustres pietatis notiones, quibus ad vir-
tutem incitate ferri viderentur, diuinitus insidebant, sed
etiam incredibilis veritatis eliciendæ amor, quò omnia,
quæ simulationum inuolucris tegebantur, in clarissima
luce atque in omnium oculis collocare possent. In quibus
vt singularis vitæ morumque probitas orationem pluri-
mum commendauit, sic ardens veri inquirendi studium,
cæcas errorum tenebras, quibus nonnullorū animis quasi
velis quibusdã obtendebatur, sedulo dispellere molitum
est. Quorum instituta tam de sacrata legum promulgada-
rum ratione, quàm de fundamentis rerump. prudenter ia-
ciendis edita, tantum omnium seculorum memoria reti-
nuerint & autoritatis ad faciendam fidẽ, & ad prauitatem
coarguendam firmitatis, vt nec temporis diuturnitate om-
nino obsolescere, nec aduersarum tempestatum fluctibus
obruï hætenus vllò modo potuerint: Sed quo longius du-
rauerint, eo plus sint roboris consequuta, & quò a pluri-
bus oppugnata fuerint, eo plus habuerint virium ad resi-
stendum. Quod planè non modò in gentiũ legibus, & re-
rump. formis, quæ tam multorum, tamque illustrium scri-
ptorum libris disertè & gauiter explicatę sunt, verũ etiam
in sanctissima Christianorum religione, quæ est à Serua-
toris nostri ducta temporibus, accuratè obseruatum ani-
maduertimus. Quotus enim quisque est apud nos, qui ve-
rustatis monumenta, siue illa ab Apostolis, qui ipsum do-
minum

PROOEMIUM

minum oculis aspexerint, siue ab alijs, qui proximè eorum
 succreuerint ætati, literis consignata sunt, non in primis
 tum propter veritatem quæ petra Christo firmè nixa est, il-
 lis fidem adiungat, tum propter antiqua pietatis vestigia,
 quæ in eisdem non sine summo splendore apparent, vehe-
 menter suspiciat atque admiretur? Quòd si quicquam in
 illis sit, quod vel à recta veræ religionis norma deflectere,
 vel ab augusta sancta que vitæ degēdæ institutione, aliqua
 ex parte dispropare videretur, id sane partim temporis lon-
 ginitate quæ omnem excutit errorem, partim accurata
 animaduersione hominum posterorum, qui veteres scri-
 ptores tam diligenter euoluerunt, manifestò deprehensum
 est. Atque ad prolixum temporis spatium, & multorū an-
 norum curricula (sic enim est apud Aristotelem) acies ani-
 morum est acriter intendenda, ex quorum obseruatione,
 ista ne præclarè se habuerint, an cecus, satis constare pote-
 rit propter eorum diuturnitatem. Quod quidem si eos,
 quorum mentes salutaris Christi cognitio minimè imbue-
 rit in rebus ad corporis & fortunæ commoda solum perti-
 nentibus, assiduè tenuisse, exploratè perspectum sit, Chri-
 stianos sanè dispudeat, qui & nomen Christi præ se fe-
 runt, & eius fidem ingenuè profitentur, si relictis antiquo-
 rum fontibus, è quibus tam sincera doctrina manauit, ri-
 uulos quosdam plenos inanitatis & insecitiæ, qui vnde de-
 ducti fuerint, nemo pro certo norit, deinceps consecrari
 conentur. Vinum vetus, inquit Pindarus, laudato, in quo
 & salubritatis plus, & minus vaporis, qui caput pertentare
 solet, inesse iudicatur: nos verò veterum scripta præconijs
 celebremus, in quibus vt solidæ utilitatis non parum, sic
 impiæ & peruersæ doctrinæ propè nihil (de optimis au-
 tem loquor) quod mentem, quæ in homine principem
 locum tenet, inficere & deprauare possit. In illis enim nul-
 lum partium studium, sed exquisita veritatis indagatio,
 non obtreccionum aculei, sed pacis & concordia miræ
 cupiditas: non blanda & inanis ad hominum voluntatem
 loquentia, sed acris & acerba vitiorum cuiusque generis
 reprehensio: non flagrans ambitionis æstus, sed singularis
 rerum caducarum & popularis gloriæ contemptio: non ab
 illis otio inseruitum fuit, sed in doctrinæ & pietatis com-
 mentatio-

mentatio-

PROOEMIUM

mentatione enixè laboratum : non deliciarum & opipari
 victus ratio habita , sed cura corporis in seruitutem redi-
 gendi suscepta : non ingens turba famulorum qui illorum
 nutum obseruarent , intra ipsorum aedes otiosè vixit , sed
 pauperum vndique confluentium multitudo , quos beni-
 gnè subleuant , pro foribus quotidie adfuit : non ludo-
 rum , aut inanium illecebrarum consecratio ad animos re-
 laxandos , sed incredibilis vigiliarum & laborum perpe-
 fto , quo Ecclesiæ ministerijs attentè perfunderetur. Quo-
 rum vita exempla insignia , quorum libri optimas præce-
 ptiones continet : quorum disciplina constans & sibi con-
 seantanea , quorum autoritate denique nulla tēporū iniqui-
 tate abrogata . In quorum monumentis & magna cura se-
 dulitateq; conseruandis , & integrè ac syncerè ad vetusta
 exemplaria corrigendis , multū sanè à multis ingeniosis &
 exquisita doctrina viris operæ & laboris , singulis propè
 hominum ætatibus , positum minimè ignoramus . Nec im-
 meritò quidem . Nam absq; illis fuisset , vt in maxima anti-
 quitatis ignoratione fuisset versati . Neque enim quid
 veteres patres de religionis nostræ fundamētis senserint ,
 neq; quo modo arcana scripturarū mysteria explanarint ,
 neq; quam viuendi viam & rationē excoluerint , omnino
 cognouissemus . Quibus profecto hominibus , qui sic in
 priscorum scriptis ad posteritatem prodēdis elaborarint ,
 qui antiqui seculi quasi vestigia ad maximū Christianarū
 Rerump. commodū tā sedulò indagarint , maxima laus me-
 ritò ab omnibus impartiri debet . Nam si qui Poëtarū fa-
 bulas vel dispersas in vnum redegerint , vt Pisistratus Ho-
 meri : vel easdē in integrum restitutas ediderint (quæ vt Ci-
 ceroni visum est , molliunt animos , & neruos omnes vir-
 tutis elidunt) non nihil suum nomen illustrarunt : quātum
 illis est & gloriæ & splendoris tribuendū , qui nō cōmen-
 titias fabulas , quæ , vt Pindaro placet , varijs mēdaciōrum
 lenocinijs plus hominū mentes capiunt , q̄ vera oratio , sed
 rectas probatasq; historias , quibus animus ad eximiū virtu-
 tis decus rapiatur , è tenebris eruūt , & in oculis omniū sta-
 tuūt , quiq; nō philosophorū delirantiū somnia proferūt ,
 quæ nonnullos inducūt in errorē , sed fideliū Christi di-
 scipulorum monita , quæ & vitiorum maculas , si quæ inte-
 riori co-

I N T E R P R E T I S .

rioni cognationi aspersæ sint, eluere, & rectum virtutis iter quo per fidem ad beatam vitam rectam incedamus, ostendere possint. In his quidem vel accuratè purgatis vel pulcherrimis characteribus excudendis (seu Grecis literis, seu Latinis ea olim ab autoribus prodita fuerunt) qui & vigiliarum & temporis plurimum posuerunt, non modò inde sibi ipsi laudem collegere maximam, sed in vniuersam Christi Ecclesiam immortale prope beneficium contulerunt. In quorum numerum Tyrogographus Regis Gallorum apud Parisios, qui Eusebii opera, quæ extant omnia, vna cum alijs ecclesiasticæ historiæ scriptoribus, elegantissimis Græcorum characterum formis in lucem edidit, meritisimò ascribi debet. Qui ut de Latino sermone optimè, sic de Græco iam bene sane meritus est: atque illustrem spem ostentauit multo melius de eodem in posterum promerendi. Cuius opera & impensis cum Eusebius ut dixi expolito artificio impressus in manus hominum veniret, & characteris elegantia non nihil, & historiæ amplitudine plurimum prolectatus, cepi eum primo celerius peruolitare: post mira rerum à sanctissimis viris gestarum varietate oblectatus, attentius in singulis cogitatione defigebam: Ruffini conversionem quam tam diu hominum manus tenuissent, cum Grecis conferendam, sententias inter se expedendam sedulo: unde certe maxima me capiebat admiratio, (præsertim cum Latina à Grecis tantoperè dissentite animaduertere) quid tam docto viro venerit in mentem, ut auctorem tam insignem, tam indiligenter verteret. Factum illius probare haud poteram, coarguere autem vix audebam. Aliquandiu igitur animus ita suspensus hærebat. Verum cum fortè D. Hieronymi contra Ruffinum apologiam perlegebam, ancipiti illa cogitatione, qua sic varie distrahebar, eram propemodum liberatus. Nam ex verbis illius sanctissimi viri facile constat Ruffinum à vetere suo more, quo antea in conuertendis Græcis usus fuisset, in hoc opere minimè decessisse. Sic enim apud D. Hieronymum. Rogatus, inquit, es ut quomodo habebatur in Græco (loquitur de Origenis libro περι αρχων, quem Ruffinus de Græco expresserat) in Latinum verteres, utinam fecisses quod rogatum te esse simulas, nulli nunc inuidiæ subiaceres. Si tu translatoris seruasses fidem, mihi necessitas non fuisset, interpretationem falsam vera interpretatione subuerrere.

Nouit

PROOEMIUM

Novit cōscientia tua, quæ addideris, quæ subtraxeris, quæ in vtramq; partem, vt tibi visum fuerit, immutatis. Et plura quæ sequuntur in eandē sententiā. At Ruffino fortasse in illo Origenis opere in quo nō nihil inesse videbatur erroris, honestius & melius, licet nō omnia verè explicasset, ignosci & concedi potuisset: sed in hac Historia, quam in eadem Apologia laudat D. Hieronymus, cum nihil ab orthodoxa catholice Ecclesie sententiā alienū reperiatur, vix Ruffino venia dari potest, quòd tot pratermiserit valde vitia, tot de suo adiecerit propè aliena, tot quasi non rectè collocata immutavit. Historiæ verò quæ est (vt scire refert Cicero) lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntiā vetustatis, prima lex est, ne quid falsi dicere audeat, deinde ne quid veri non audeat. Quæ quidem vt in scribendo maxime, sic in conuertendo non minus semper obseruari debent. Nam quæ lux veritatis apparere potest, cum interpres suis commentis ei tanquam nocte quandā offuderit? Quæ vita memoriæ, cū scriptoris sententiā vel interpretis negligentia missam fecerit, vel inuerterit audacia? Quæ magistra vitæ, cum exempla illustrium non verè expressa, sed vel commutata vertendo, vel penitus ommissa videantur? Quæ nuntiā vetustatis, cum nouitas interpretationis, scriptiois vetustatem magna ex parte deleuerit? Quomodo lex historiæ seruetur, ne quid falsi dicere audeat, cum sit alius sensus Historici, qui scripserit, alius interpretis qui conuertit. Da historicum vera conquisuisse, cōquisita literis mandasse. Hoc vel D. Hieronymi testimonio adductus quisq; facile dederit: Ecclesiasticā, inquit, pulchrè Eusebius Historiam texuit: quid ergo de interprete sentiendum sit, liberum sit iam cuique iudicium. Hoc accedit eruditissimi viri Beati Rhenani de eo quasi pronunciata sententiā quam ex præfatione in hanc Historiam ab illo scripta depropsumus. De interprete, inquit, diligentia (Ruffinū intelligit) iudicare citra Græcum codicem impudens sit: tamen in alijs libris à se versis parum laudis meruit, quod ex professo non verba vel sensum auctoris, quem vertèdum suscepit, appèdat, sed vel minus, vel plusculū, tanquā Paraphrastes, non velut interpres, pro sua libidine plerunque referat. Id quod Nazianzeni oratiōes ab illo versæ docēt, & Iosephi volumina.

I N T E R P R E T I S .

volumina. Optandū itaque fuerat Græcum adesse exēplar,
 Hactenus Rhenanus. Quod illi erat in optatis, nobis vl-
 trò contigit: quod ille suspicabatur, nos verissimum esse
 cōperimus: quod illi difficile erat sine exēplari ad iudican-
 dum, nobis eodē suppeditato, est perfacile. At dixerit qui
 spiam me iam dudum antiquitati plurimum tribuisse, iā ve-
 rò quasi mei oblitum, Ruffino qui Hieronymi tēporibus
 vixit, auctoritatem detraxisse & fidem. Non hoc loco quid
 suo Marte scripserit, quidve dixerit est mihi instituta ora-
 tio, sed quo pacto Eusebium aliosque scriptores explica-
 rit, neq; quid ipse senserim de illo, sed quid D. Hierony-
 mus iudicarit, quem omnis ætas admiratur, quē totius Ec-
 clesiæ consensus approbat: quid etiam alij de eodem existi-
 marint. Atque illos veteres equidem laudo, quos longin-
 quitas temporis expenderit, quos omnium iudicium vno
 ore confirmarit, quos deniq; nulla errorum procella hacte-
 nus obruerit. At Ruffinus in hoc longo æui curriculo le-
 ctus à multis, à plerisque probatus, laudatus etiam fortasse
 à quibusdam. Sit ita sane. In eo enim fortasse erroris nihil,
 quod ad doctrinam attinet. Nos quidem non de eius fide
 in religione (quanquam ea etiam à D. Hieronymo repre-
 henditur) sed de fidelitate in huius historiæ conuersione
 loquimur. Sit rectum, quod recte crediderit, atque opta-
 rem quidem: sed quod autores summos interpretādo non-
 nihil deprauauerit, non ita rectum. Si qui sunt, qui illum
 probarint, qui pauci sunt, aut Græcum exemplar illis non
 suppetebat, aut si suppetebat, vel non legerunt, vel saltem
 non intellexerunt, vel tantum fidei tribuere Ruffino, vt
 Græca peruestigare minimè opus esse arbitrarentur. At
 Ecclesiam interea temporis ex hac eius explicatione fru-
 ctus & utilitatis percepit plurimum. Non inficior equi-
 dem. Et si ex ea, vt est, non parum tulit emolumenti, mul-
 to plus, spero, capiet, cum iam tandem verè expressa sit.
 Vt enim cum quis alicuius illustris viri effugiem colo-
 rum varietate non satis eleganter & artificiosè depictam
 intueatur, in eius memoriam ita reuocatus aliqua iucun-
 ditate perfunditur, non tamen ea, quam ex imagine ad vi-
 uum expressa hauriret: sic cum Lector Eusebij in scri-
 bendo formam & tanquam characterem per Ruffini
 conuersione-

conuersione-

PROOEMIUM

conuersionem quasi per transennam aspiciat, fructū capite ille quidem & oblectationem, non tamen eā, quam ex auctoris sententia & fideliter & Latinè satis explanata posset reuera colligere. Quòd si D. Hieronymi labores, quos in hac ipsa historia vertenda collocauerit (eam enim suae linguae hominibus, hoc est Latinis, expressam de Græcis dedisse affirmat) ad nos deuenissent, & profectò Ruffini cōuersio in tenebris neglecta iacuisset: & ego istam meā qualemcunq; operā non aliquādo suscepissem. Verū cū illud neutiquā nobis cōtigerit, ut cuius scripta admiramur, eius de præclaræ istius historiae interpretationē assequeremur, opus hoc & mihi ad explicādum nō incommodū, & alijs ad legendum non iniucundū existimaui, modò ita Latinū facerē, ut tū authoris sensum & sententiā verè exprimerē, tū dicēdi formā & numeros ita imitatione adūbrarē, quo vel ipsē, vel non valde disparibus tota astringeretur oratio. Dolebā certè & vehementer angebar, cū viderē tam illustrē historiā (de qua paulò post dicā equidem vberius) ita conuersam, ut vix satis Latinè, ita prope immutatā, ut non Eusebiū, sed Ruffinū eius autorem meritissimo diceres. Si cut enim Themistij paraphrasim, quā in libros aliquot Aristotelis, quos de Natura & operarum rerum patefactione pertexuit, literis perclarè mādauit, nō Aristotelis opus, sed Themistij appellamus: sic Ruffini siue cōuersionē siue paraphrasim dicere placet, quam in Eusebium edidit, nō Eusebij nomine sed Ruffini iure inscribi deberet. Sed quid paraphrasim dixi, cum sit eius proprium, ut quod breuiter dictū sit, pluribus aperiatur, & quod obscurè, paulò explanatius. Sed ab eo quē dico, nō breuitas vbertate dicēdi & copia, nō obscuritas orationis lumine patet, sed quæ pluribus ab Eusebio exposita, ab isto in pauca cōferuntur, quæ scripta ab illo aliquanto obscurius, ab hoc profus omittuntur. Dictum est propè incredibile, quot ne dicā verba (de quibus nō ita laborandū) sed integræ sententiæ, integræ paginae, integræ orationes, integræ epistolæ, integri prope libri prætermisisti sunt. Dimidiatū octauū, & Decimum pene integrum nō omnino attigit. Duos tamē libros adiecit de suo, quibus si Socrati credamus, nō tantū fidei adiūgendum est. Sit tamē illa cōmendatio tributa Ruffino, quā aliquis æquus

INTERPRETIS.

æquus rerum æstimator ei tribuendâ putarit. Quod rectè egerit, ei laudi detur: quòd secus, ne à me quidem vertatur vitio. Sicut alios laudare (modò illud commeruerint) per mihi gratû semper videri solet, sic quenquâ aliquâdo in reprehensionem vocare multum planè attulit molestiæ. Odi Archilochû, quem Pindarus ait se vidisse propter effusam linguæ intemperantiam, & odium petulans, quo intumuit, in graui egestate versari. Iuuat & laudatos laudare plurimum, & vitiosos redarguere sine acerbitate. Illud etiam à Platone didici, deum indignè & grauiter ferre, cû quis ei similem, hoc est virtute & pietate præstantem vituperet, aut laudet contrarium. Sit igitur ita à me de Rufino dictum, vt neque vera laus, si quid ille dignum egerit, ei detracta, neque falsa reprehensio, si nullam commuerit, afficta omnino esse videatur. Authores verò Socratem, Theodoritû, & Sozomenum, simul cum Euagrio latinos etiam dedimus. Nam quid est in quo maiore cum fructu quisquam tempus suum, studium, & diligetiam ponere possit his præsertim temporibus, cû tot sectæ, tot schismata in varijs locis oberrantia, veram euangelij lucem obscurare, veros Dei cultus adulterare, tranquillâ ecclesiæ concordiam disturbare, superstitionis cæcitatè defendere, errorum peruersitatè propugnare assiduè pro viribus moliantur? Quæ cum ita sint, nihil est extra ipsam sacrosanctâ scripturam, quod aut ecclesiæ plus afferat adiumenti, aut magis ad pacem conciliandam faciat, quàm eius generis monumenta, quæ veterem ecclesiæ formam, veteres ritus & consuetudines, veterum patrum res gestas perspicuè ante oculos cuiusque proponant. Quid præclariùs quàm ipsa Christianæ ecclesiæ quasi incunabula peruidere, in quibus producta à Christo, eius verbo ab Apostolis nutrita, suisque progressibus vsa, pedetentim creuit, venitque ad summum? Quid ad veram pietatè aptius, quàm illa tempora exquisitè intueri, in quibus Hegesippus ecclesiam castam & incorruptam virginem fuisse memorat, quâdo nec anilis superstitiõis inuolucris oblecta, nec peruersæ doctrinæ tabe contaminata fuit? In quibus explicandis cum Eusebius tam integrè versatus sit, vt rerum veritatem accuratissimè indager, tam studiose labo-

††

IOL, VI

PROOEMIUM

ret, vt nulla veterū testimonia prætereant, q̄ ad fidē faciendā aliquid possint apportare subsidij, nemo est, mea quidem sententia, qui non & eius auctoritatem in vero disquirendo libenter audire, & quo rectius conuersus sit, eo lubentiore animo amplexari voluerit. In quo de Græcis exprimendo & sententiæ veritatem assequi, & orationis elegantiam sequi sedulo enitebar. Illud me præstitisse propè audeo dicere, hoc saltē adumbrasse. In vtrisque equidem elaboravi plurimum: sed quid effecerim aliorū sit iudiciū. Oratio vti spero, latina est, & satis perspicua. Et cum in alio genere dictionis perspicuitas magnā laudē mereatur, in historia & rerum gestarū narratione planè maximā. Mihi in conuertendis Græcis acie mentis acrius desigēti quatuor potissimum videntur requiri, vera sensus sententiæq; explicatio, latinitas, numerus, & ea, quam dixi, sermonis perspicuitas. Primū ad fidem, secundū ad delectationem, tertium ad aurium iudicium, quartū ad intelligentiā solet accommodari. Quis enim credet, si suspecta sit sententia? quis voluptatem in legēdo capiet, si sermo rudis & impolitus videatur? cuius aures non fastidient, si hians & incōdita sit oratio, quem non deterrebit, si obscura & tanquā circumfusa tenebris appareat? Ac tametsi ista in ipsorum oratorum & poetarū libris vertendis, qui de studijs humanitatis & politiore literatura scripserūt, sint summē & vtilia & necessaria, tamen in sanctorū & apostolicorum virorum monumentis exprimendis, quæ sunt ab illis de religione nostra tradita, & necessitatis nō minus, & multo plus utilitatis habere meritō existimari debent. Quāuis enim in sacris literis interpretandis ordo verborū retinendus sit vt ait D. Hieronymus, quia mysteriū est, tamen in aliorū Græcorū interpretatione, eodem authore Ciceronē & citante, & imitante, non verbū è verbo, sed sensus de sensu exprimendus. Collocatio enim & cōstructio verborū, vel quæ apud Græcos est, si eodē ordine Latine reddatur, Latinorū aures maximē offendit, vel quæ apud Latinos est, si eadē serie Græcè vertatur, Græcos magna afficiet molestia. Demus hoc in loco eundē testē D. Hiero. Homerū inquit, ad verbū aliquis exprimat: plus aliquid dicam: eundē sua in lingua prosæ verbis interpretetur: videbis ordinem

I N T E R P R E T I S .

dinem ridiculū, & poetam eloquentissimū vix loquētem.
 Hæc author ille ad Paminachiū. Quē cōstat Ciceronem
 in hac re diligēter imitatū. Nos ergo utrūq; liberè audea-
 mus imitari: nō est enim quōd maiores requiramus autho-
 res. In quibus tū verborū elegantia, sententiarū grauitatē
 magnopere cōmendat, tum perspicua in dicendo facilitas
 sub cuiusque intelligentiam suauiter & cū sensu quodam
 iucunditatis cadit, numeri deniq; & circumscriptus ora-
 tionis ambitus permirā auribus adfert oblectationē. At il-
 lud multis frequens in ore & sermone est, & à quibusdam
 etiā scriptis proditū, eos, qui vel in sacris literis vel in san-
 ctorum scriptis explicandis, piē versari velint, de disertō
 sermone nō multū laborare debere, ne ostētata potius elo-
 quentia, quàm veritas quæsita videatur. Eloquentiā enim
 nō adeo consentaneam Dei eloquijs esse arbitrantur. His
 hoc in loco, licet fortasse ab eo quod instituimus, paululū
 digredi iudicemur, paucis respondere consiliū est. Recte
 sane quōd in tali causa ostentationē tollūt, quōd eloquē-
 tiā minūs cōsideratē. Eloquētia enim nō est illa inanis &
 prope puerilis verborū volubilitas, q̄ sæpe in populo inso-
 lēter se venditat, sed disertē & copiose loquens sapientia,
 quæ in prudentū animos cū suauitate illabitur. Tolle e-
 nim sapientiā, eloquentiæ sequetur interitus. Quo enim
 quis prudētius, & grauius loquutus fuerit, eo præclarius
 eloquentiæ specimen, modò sermō pur⁹ vnà accesserit, cui
 que dare videbitur. Atq; si verū fateri volumus, sapiētia
 illa, quam tractet & in qua politē explicanda versetur elo-
 quētia, nō est alia, quàm quæ à Salomone pulchrē descri-
 pta sit: quæ non in iusticia sed in cōsilio habitat, quæ nō
 ignaris, sed eruditis intersit cogitationibus. Et sicut hæc
 sapientia Deum verē colētium propria est: sic eloquentia
 illa, de qua nos loquimur, ad eosdem pertinere existima-
 mus. Ac quemadmodum olim Cicero in oratore perfecto
 informando, perfectæ eloquentiæ speciē animo effingere
 conabatur: ita nos & sapientiam, quæ summa est, isto loco
 intelligimus, & eloquentiam, quæ eam amplissima laude
 exornet, liberè prædicamus. Illa est quæ mentes hominis
 vera sciētia, & salubrib⁹ præceptis præclarē imbuat, hæc q̄
 os ad prudenter & appositē loquendum disertē instruat.

†† 2 Et quan-

P R O O E M I V M

Et quanquam sermonis sublimitas à Paulo reprehenditur, non tamen eo animo vt eloquentiam, cuius ipse teste Hieronymo neutiquam expers fuit, è medio tolleret, sed quò fiduciam eam, quã in ea sapientes Græci oratores, cū aliquid populo persuadere vellent, locare consueuerunt, penitus reprimeret, vt non homines deinceps sui disertis sermonis elegãtia freti, sed Dei virtute infideles ad Christum attrahere laborarent. Quòd si eloquẽtiæ victoria tribueretur, crucis Christi ita deleretur triumphus. Summitat se ergo eloquentia, quò crucis illustretur gloria. Est planè ancilla, quæ virtutis Christi veluti magistræ suæ, nutum debet obseruare. non vendicet sibi quod possit, sed impertiat ei vnde acceperit. Inseruiat magistræ suæ honori, vnde omnis honos efflorescit. Det operam aliorum commodis, ne si sua quærat, videatur incommoda. Crucis Christi gloriam semper amplificet, contemnat suam. Virtutem Christi dicendo adaugeat, quo ipsa cum dicat, non careat viribus. Sit Christi vis, quæ vincat, sit eloquentia, quæ eandem explicet. Illa præsit & imperet, hæc sit semper parata ad obsequendum. Hoc pacto neque crux Christi sua vacabit gloria, neque eloquentia in vllam incurret reprehensionem. Hanc rem pulchrè Moyses & Aaron videtur representare. In altero dei vis, in altero eloquentia e-lucebat. Cum enim Moyses dei legationem ad populum Israeliticum obiturus esset, dixit non sum eloquens ab heri & nudius tertius. At paulò pòst respòdit dominus: Aarò frater tuus Leuites, scio quod eloquẽs sit: In quo Augustinus principatum in Moyse, in Aarone ministerium notat. In Moyse Dei virtutem, in Aarone sermonem disertum facillè licet animaduertere. Deus ergo voluit vtrūque simul populum adire, vt alter ad præscribendum quid ageretur, alter ad idem docendum commonendumque se accommodaret. Nos ergo Moyse Aaronem adiungamus, eloquentiã cum dei potentia sociemus, & neque hæc suo quasi ore priuetur ad eloquendum, neque illa suis solum nitatur viribus ad persuadendum. Quis Dauide ornatior, quis in dicendi varietate vberior, cuius rei testis Psalmorum liber, qui vt numeris est apte modificatus, sic & verbis sententijsque in Hebræo cumulatè disertus. Esaiam præte-

INTERPRETIS.

prætereꝛ eloquentia plurimum valuisse vel vno Hierony-
mi testimonio cognoscimus. Sic enim de illo memorat.
Sciendū de Isaia, quod in sermone suo disertus sit, quip-
pe vir nobilis & vrbanae eloquentiae: nec habens quicquā
in eloquio rusticitatis admixtum. Quantus porro Augu-
stinus sit eloquentiae patronus ex libro ad Crescouiū scri-
pto satis constat: quanta illius flagrarit cupiditate, audi
illum ipsum in eodem libro sic loquentem. Vtinam elo-
quentia mihi ad explicanda ea, quæ sentio, pro desiderio
prouenisset. Quantam verò habuerit, eius scripta passim
declaran, quantam optarit, hæc breuis ostendit senten-
tia. Quibus quæso illecebris idem author ad fidem alli-
ciebatur? nonne eloquentia Ambrosij & singulari sermo-
nis suauitate? certè vel maximè. Quis huius rei testis est?
idem ipse qui ad fidem adductus est. Sed Hieronymū ite-
rum de græcis trāsferendis ad Theophilum sic scribentē
audiamus. Iudico, inquit, tuæ benignitati magnū me la-
borem sustinuisse in trāslatione eius (librū intelligit The-
ophili Græcè ab eo scriptum) vt omnes sententias pari ve-
nustate transferrem, & Græcæ eloquentiæ Latinum aliqua
ex parte responderet eloquium. Quare vt Hieronymus
inscribendo plurimum semper eloquentiæ adhibuit, sic
in Græcis vertendis vt idem efficeret, maximè est ab eo la-
boratū. At in alijs Græcis scriptoribus limatè & concin-
nè interpretandis, qui vel de moribus & vita, vel de occul-
ta & abdita naturæ sciētia, vel de dicendi facultate, vel de
alio quouis doctrinæ genere præcepta tradiderunt, si quis
operam nauet, isti eloquentiæ vituperatores non viden-
tur ægrè & grauiter ferre: sed si literas sacras eloquentia
exornare, vel authores in easdē cōmentātes scito sermone
& nitido vertere contendat, vehementer conqueri & vo-
ciferari non desinunt. Quid quæso? an non sacris primæ
deferendæ? an non eloquentia donum Dei? quorsum
ergo referenda? ad hominis gloriam; quæ ficta est, & cito
decidit, an ad Dei laudem, quæ vera est, & altas radices a-
git? Dei ne munera abutenda ad nostram inanitatem, an
ad eius decus, qui gratuitò ea largitus sit accōmodanda?
Quis os fabricatus est ad loquendum. Qui solertè indo-
lem animis inseuit ad prudenter loquendum? nonne do-

PROOEMIUM

minus? os ergo dominum voce collaudet: eloquentia eius gloriam verè adaugere studeat: Neq; sibi vèdicet quod suum non sit: sed Dei virtuti tribuat, à quo non sit alienum. Verùm illis qui eloquentia Christianæ fidei volumina priuare nituntur, idè plane vsuuenit, quod his, si qui sunt, qui optimè promerètes, pessimo apparatu vestiri, vel qui vestiũ largitorè sordido pallio indui voluit. Quod si alijs, qui eum ignorant, decorum sit perpolitè loqui, ne putetur illis parum consentaneum, qui eum profitentur, & disertè dicere, & illi eiusdem auctori gratias sedulo agere. Quid de vetè Græcorum scriptis statuemus, qui & acutè ad veritatis disquisitionem, & copiose ad mentes hominis flectendas sacra dei eloquia explicauerint, nemo enim opinor est adeo à ratione auersus, qui non illis summam eloquentiam tribuat. Quis enim Chrysofostomo vel verbis disertior, vel crebrior sententijs, vel numeris & tota orationis circumscriptione iunctior? Aureum flumen Aristotelem olim fudisse dixit Tullius, nos verò Chrysofostomum ex aureo ore aureũ & diuinum orationis flumen fundere meritò dicamus. Cuius verba adeo propria, leniterq; fluentia, vt nihil nitidius dulciusve: cuius sententiæ adeo sapientes, vt diuinitus ad eum delatæ, nõ humana indole inuentæ videantur: cuius structura verborũ sic conclusa, vt non longo anfractu, qui parit obscuritatem, sed ambitu circumscriptè terminato incedat. Nihil in eo quod non præstantis eloquentiæ tanquam effigiem repræsentet. Quod si ita aliena lingua loqueretur, vt loquitur sua, (quod vel vix, imo ne vix quidem fieri potest) tum vt iam paucis, ita tum plerisque omnibus eius deserta oratio excitaret admirationem. Quis Basilio magno in polienda oratione exquisitior, in amplificanda vberior, in toto dicendi artificio limatior. Cum deterret à vitijs, nemo cõmotior, cũ ad virtutè incitet, nemo ardentior, cum res ob oculos ponat, nemo vt ita dicam, pictior. In eo & nerui sunt ad conuincendum, & mira ad deliniendum suauitas. In quanq; partè orationè, ita facile torquet, vt in rebus grauioribus altius in dicèdo se tollat & incitati⁹ fatur, in tenuioribus leniter & placidè fluat, & nõ nihil de

conten-

INTERPRETIS.

cōtentionē remittat. Quem sane Erasmus nō veritus est Christianum Demosthenem appellare. Quid Gregorium Nazianzenum hoc loco commemorem? qui aliquādo pungit acutius, qui orationem arctius colligat. Quem in oratione soluta Thucydidis imitatore, in carmine Homeri æmulum rectissime dixeris. Nam in oratione brevis est, compressus est, & peracutus est. Verborum numerum (sic Tullius de Thucydide) sententiarum numero consequitur. Non vagum in eo orationis genus, sed constructum numeris, non longius excurrens, sed breui circuitu definitum apparet. Carmen plenum, & grande fundit, sententijs Christi locuples, verbis Homeri disertum.

Quare siue solutum orationis genus & liberum, siue (vt poetarum mos est) numerus paulò astrictius sequitur, semper magnus, semper in dicendo excellens videtur. Nec hic noster Eusebius in postremis est, qui res narrat ornate, grauer, & verbis ad id quod agitur accommodatis. Sed de eo proprius est mihi differendi relictus locus. Et licet non pauci alij inter Græcos sint, quorum exempla huic causæ non nihil & luminis & firmitatis adferre possint, sit tamen orationi terminatus modus. Vnum & alterum iam ex Latinis adiungamus. Primum Hieronymum ponamus in medio: cuius tanta fuit in scribendo facultas, vt omnes prope eloquentiæ numeros expleuerit. Quando in aciem cum hæreticis prodit, nemo pugnacior, aut qui plus habet laceratorum: quando respondet obrectatoribus, nemo feruidior, nemo acrior: quando res gestas narrat, nemo elegantior: quando funebrem orationem instituit, nemo ad consolandum aptior, ad laudandum copiosior: quando familiariter cum amicis & necessarijs per literas colloquitur, nemo suauior, nemo comptior. Mirum est videre, quo pacto in tota oratione paria paribus, contraria relata contrarijs, iam verba duplicata, iam iterata, iam breuiter commutata, sententias perpulchrè illuminent. Aut igitur pellatur Hieronymus, aut laudetur à Christianis eloquentia: ita tamen vt inde nos non nobisipsis falsas gloriæ umbras, quæ dere-

PROOEMIUM

pente evanesçūt, aucupati, sed ad ecclesiæ exædificatione,
 & ad veram Dei gloriam, cui omnis honos decusque im-
 pertiendum est, eam perpetuò retulisse videamur. Huc ac-
 cedat magnum illud & illustre ecclesiæ columnen Augusti-
 nus: quo certe nemo vnquam vel in dimicatione suscepta
 cum hæreticis nervosior, vel ad eorum argutias eliciendas
 quibus oculos simplicium perstringunt perspicacior. Cū
 eos feriat, ictus non resilit irritus: cum telum in illum sit
 coniectum, facilè repellit, & non raro in aduersariorum
 caput retorquet. Nonnunquam ita fulminat, vt eos instar
 tonātis Iouis perterrefaciat: aliquādo cernimus tanquā ha-
 stis prolixioris & longius perpetuatæ oratiōis, sæpè comi-
 nus quasi gladijs spinosæ & acutæ in disceptādo subtilita-
 tis dimicat. Quis quæso videtur, cū in mysteriōū adytis
 aperiēdis versatur? quā admirabilis, cum allegorias scri-
 ptis persequitur? quā argutus in subtilium quæstionū
 solutionibus? quā in scripturis explicandis diuinus?
 quā disertus in omnibus, quā in nulla re incōcinnus.
 Loquitur vt vult, exprimit quæ vult. Sētentijs refertus ma-
 ximè, quas breuibus numeris sub aurium mensuram aptè
 cadentibus artificiosè deuincit. De cuius eloquentia satis
 ornate dicere, eloquentia opus est vel maxima. Sit igitur
 tandem istud cuique persuasum, & veteres in scripturarū
 fontibus patefaciendis eloquentia vsos, & nos posse ea-
 dem vti, modò ad eum finem semper referatur. Hoc por-
 ro cogitemus, si Græci scriptores in scribendo eloquen-
 tiæ plurimum (vt supra docuimus) ostenderint, nos in i-
 isdem vertendis pro viribus contendere debere, vt lumen
 orationis, quod in illis est, quā minimè obscuretur. Si
 illi sua lingua disertis, nostri sermonis imperitia non scite
 loqui, imo vix loqui omnino videantur, quis est qui non
 nostram incitiā vel maximè improbarit, & impolito ser-
 mone deterritus, se ab illis legendis penitus continuerit?
 Ac neminem fugit planè illud Ciceronis, lectionem sine
 delectatione negligendam esse: & cum quid vel literis im-
 politè prodatur, vel vertatur impolitius, quis est, quem
 non à legendo absterreat? In sentētijs, fateor, plurimum,
 in verbis etiam aliquid percipitur oblectationis. Et cum
 in his libris aut ad rectam vitæ rationem incitemur, aut
 à vitiosa

I N T E R P R E T I S.

à vitiosa & corrupta deterreamur, toto pectore & omnibus
 vngulis, vt dicitur, laborandum est, vt ad eos accuratè per
 legendos tanquam lenocinijs quibusdam orationis vel
 maxime attrahamur, cumque natura nostra procliuius la-
 batur ad vitia, ad virtutem autem inuitius rapiatur, non
 ipso fructu solum ex crebra optimorū lectione percepto,
 sed etiam quibusdam quasi eloquentiæ inuitamentis ne-
 cessariò allici debet, vt tum lubentius eiusmodi scripta e-
 uoluat, tum assidua commentatione memoriæ mandat at-
 tentius. Vtinam nonnullis qui scriptores ecclesiasticos de
 Græcis conuerterunt, istud aut in mentem venisset ad di-
 ligenter cogitandum, aut studio, labore & vigilijs ab eis-
 dem opera data fuisset ad accuratè perficiendum. tum pro-
 fecto nec eloquentissimi authores adeo loquerentur in-
 concinnè & inconditè, nec lectores, vel quorum stoma-
 chus est aliquanto fastidiosior, impolitiore sermone, vel
 quorum mens est paulo imperitior, obscuriore interpreta-
 tione penitus abalienarentur. Si res quæ antea à me posi-
 tæ sunt, in explicando seruantur, nec fastidiosum indi-
 ferta oratio, nec obscuritas animum paulo rudiorem à le-
 gendo repelleret. Sed spes est in hac quasi feraci ætate, quæ
 tot viros literatissimos extulit, si quæ authorum ecclesiasti-
 corum monumenta aut indiligentius præ inertia, aut in-
 elegantius expressa sunt, fore vt vel industria accuratius
 corrigantur, vel noua interpretatione deinceps latinus &
 purius explanentur. Redeat in memoriam illud Isocratis.
 Videmus, inquit, tum artium, tum aliarū rerum omniū in-
 crementa non per eos facta esse, qui illis quæ de iisdem in-
 uenta iam & constituta sunt, acquiescant, sed per illos po-
 tius, qui si quid in eis parum recte se habet, aut corrigen-
 do in integrum restituere, aut commutando politius &
 perfectius efficere aggrediantur. Quocirca quisque stu-
 diorum suorum labores huc conferat, vt si quid in alijs
 siue præceptiones tradendo, siue optimos authores ver-
 tendo peccatū sit, illud quoad eius fieri potest, & maxima
 diligentia emendet, & minima cum reprehensione supe-
 riorum præstare nitatur. Sit leuis animi in alios modera-
 tio, sit nulla omnino ostentatio sui. Et quod ad eloquen-
 tiam attinet, hoc cuiusque animo firmè semper insideat ad

† † †

obser-

PROOEMIUM

obseruandum, vt siue eam in scriptorum ecclesiast. monu-
 mentis assatim reperiatur, siue ipse aliqua ex parte aut in eis-
 dem interpretandis, aut in commentarijs in eosdē textibus,
 aut denique in alio quouis scribendi genere orationis flo-
 ré consecrari moliatur, ne se ea re omnino efferat, ne quicq̃
 sibi arroget, sed det gloriam Deo: & si fortè inanis & popu-
 laris rumoris stimulo aliquando pungatur, ne tali leuitati
 succumbat, sed tum eius breuitatem ponat ante oculos, tum
 eandem quasi vmbra citò in nihilum interituram existi-
 met. In Domino perpetuò gloriatur, hancq̃ue materiam &
 tanquam segetem veræ gloriæ putet, vt caput nostrum præ-
 claris semper decoretur præconijs, & si quid in mēbris ve-
 ra laude & prædicatione dignum sit, illud vniuersum inde
 deriuatum ingenuè confiteatur. Sit igitur isto modo illis
 breuiter responsum, qui eloquentiam student eis adimere,
 qui vel sacrosanctas scripturas non incitè explanādo ape-
 rire, vel Græcos authores de religione prophana editos po-
 litè & eleganter Latino sermone exprimere conātur. Neq̃
 ista ea mente à me dicta sunt, quod mihi magnum aliquod
 in hoc genere arrogem (imò ne minimum quidem assumo)
 neque quid ipse possim hic discepto, sed quid in alijs op-
 tarem, perspicuè ostendere laboro. In omni negocij tracta-
 tione, optimum quidem conandum, præstandū verò quod
 vires ferant. Atque in Eusebio vertendo illud mihi propo-
 sui ad imitandum, quod in tali opera optimum videatur, ad
 perficiendum autem, quod tenuis ingenij & doctrinæ meæ
 vis pateretur. Vtinam facultas in agendo, voluntati in cu-
 piendo respondisset: tum profectò nec Eusebio interpre-
 satis disertus, nec hanc historiam legentibus delectatio vlla
 ex parte defuisset. Sed fortasse (vt Leo loquitur apud Thu-
 cydidem) maiora sperabam, quàm vires facillè tulerint, sed
 minora certe quàm voluntas. Sed vt vt res sit, primū quisq̃
 historiam perlegat, deinde de opera mea sic ferat senten-
 tiam, vt non calumnia sine æquitate, quæ à bonis viris alie-
 nissima est, sed æquitas potius cum beneuolētia in iudican-
 do apparuisse videatur. Historia talis est, vt quemque Chri-
 stianum maxima in legendo voluptate capiat: quam quo
 sapius euoluas, hoc fructum inde feres vberiore. Et cum
 in alijs historijs legendis, quæ facta illustrium virorum à
 fide no-

INTERPRETIS.

fide nostra abhorrentium continent, non parum vtilitatis capi solet: in hac planè quæ & plus veritatis ad fidem, & clariora exempla ad virtutem complectitur, sine dubio multo plus emolumenti colligetur. In illis enim si quod facinus narretur memorabile, illud aut gloriæ causa, quæ vmbatilis est, susceptum, aut vlciscendæ iniuriæ, quæ condonari debuisset, aut patriæ, quæ aliquanto plus habet momenti: in hac non res gestæ dicuntur popularis famæ venandæ gratia, sed veræ gloriæ conciliandæ, non vindictæ studio, sed Christi amore, non patriæ huius caducæ defensione, sed cœlestis Hierusalem adeptione. In illis si quid rectè succedat, fortunæ multum, militum viribus & armis nonnihil tribui solet: in hac fortunæ nihil, militum turbæ tantum assignatur.

Hic arma Dei valent, vt lorica fidei & charitatis, quarum altera Christi miles nititur, altera incenditur ad pugnam: spes etiam quæ est galea salutis, hic plurimum potest: qua quidem indutus summa cum alacritate quisque in aciem prodit, certus de præmio si vincat, certus se victurum si in fide perseveret. Accedit gladius spiritus, quod est verbum Dei: isto se firmè muniat licet, isto aduersarium feriat. Quibus armis septus, nemo est quem formidet, nullum periculum, quod extimescat, Duce Christo, sub cuius vexillo militat. His olim sancti Dei martyres confisi, pro Ecclesia matre fortiter dimicauerunt, pro veritatis propugnatione vitam lubenter profuderunt. Horum prælia, horum trophæa in hoc libro contuere. Si cupias verè rem militarem discere, ista obseruentur animo, hinc discas licet. Siue acies contra mundum, carnem & diabolum instruendæ est, siue talium hostium insidiæ præuertendæ, siue armorum ratio cognoscenda, siue ducis prouidentia, siue militum animi spectandi, hinc exempla præstantissima capi possunt. Fac te iam ab hostibus obsessum: fortitudine & potentia Dei ad exemplum Athletæ Christi obtectus, audacter egredere, aciem instrue non hominum viribus, sed patientia fretus. Si modum prælij ignores, ponito ante oculos Polycarpum aut Ignatiū: quorum alteri cum ignis incēdio, alteri cū bestijs acerrima

acerrima

P R O O E M I V M

acerrima dimicatio fuit: de Duce nō est dubitandum: præ-
 sto est in discrimine viris & animum exuscitat, hortatur ad
 tolerantiam, in afflictione solatium dat. Si hostium insidie
 terrorem iniiciant, sit in promptu oratio: sic istos olim fa-
 ctitasse hinc facile intelliges: hac & auxilium à duce impe-
 trabis, & hostium repentinos impetus facile præcauebis. Sis
 hilaris in prælio, tanquam qui auidè coronam appetat. Sis
 constans in fide, qua triumphum gloriosum tibi suppedita-
 bit. Et licet præceptiones in hoc dimicandi genere nonni-
 hil animum erudiant, exempla tamen Christi militum, qui
 ante tam viriliter hostes prostrarunt, multo magis mentis
 robur confirmare videntur. Cum persecutionis tempestas
 ingruat, quid vtilius, quàm eorum res gestas memoria tene-
 re, qui nobilitatis splendorem, qui diuitiarum affluentiam,
 qui multitudinem amicorū, qui vires, qui pulchritudinem,
 qui vitam denique ipsam magno & excelso animo cōtem-
 pserunt, quò Christo obsequium præstarent, quò eius glo-
 riam verè adaugerent. Nemo liberius ad conuiuium, quàm
 illi ad mortem properabant: nemo incitatus ad iucundis-
 simas voluptates ferebatur, quàm illi ad asperrimos tor-
 mentorum cruciatus: nemo cupidius ad grata spectacula
 vnquam se conferebat, quàm illi ad acerba martyria. Et
 merito quidē. Nam non trophæa caduca, sed perpetuò du-
 ratura sperarunt: non prima quæ tempus absomit, sed quæ
 in omne æuum incorrupta manent. Si etiam veritas Christi
 ab hostibus grauius oppugnata sit, quid commodius quàm
 eorum exempla intueri, qui nec precibus, nec minis, nec
 supplicio ab eius patrocinio abduci potuerunt? Cum hæ-
 retici falsorum errorum tela in Ecclesiam conijciebant, se
 interposuerunt: si qui percussi vulnera obligarunt, si qui
 perterrefacti, Christi verbo confirmarūt. Nihil erroris ali-
 cubi serpepat, quod non aut disceptando coram, aut scri-
 ptorum monumentis penitus compresserint. Lubet sollici-
 tam de Ecclesia susceptam curam animaduertere, huc spe-
 cta, huc oculos conuerte. Non luporum tanta fuit vnquam
 auiditas ad gregem Christi dilaniandum, quanta pastorum
 prouidorum attentio ad firmè protegendum. Hinc disce
 præterea veterum sanctorum in populo docendo sedulita-
 tem, ardēs in sacris literis studium collocatum, in corporis
 calligatio-

INTERPRETIS.

castigatione laboré, in animo virtute & pietate informando diligentiam. Si placet virtutis cuiusque generis quasi mercaturam adire, huc te recipe, vbi non præcepta solùm, quæ te doceant, sed egregia exempla, quæ ipse imiteris, perspicuè proponuntur. Si ecclesiæ veteris ritus & cæremoniæ alicui obscuræ sunt, si veterum Episcoporum autoritas, si sacerdotij vniuersi dignitas incognita, huc suam cogitationem referat, hic verè peruideat. Hic, vt supra docui, Ecclesiæ fundamenta à Christo iacta, instituta ab Apostolis tradita, à successoribus illorum obseruata ad trecentos annos & amplius perdiscat. Verù huius operis cõmoda quisquam multo melius perlegendo, quàm ego summatim recensendo potest intelligere. Quare sint ista in præsentia satis. Authoris laudem in hoc libro texèdo ex D. Hieronymi testimonio breuiter antea intelleximus. Est sane verbis paulo quidem grandior: rerum verò explicator prudens & grauis: fidelis inuestigator antiquitatis. Vir in omni doctrinæ genere perquam eruditus. Quod quidem vel vnus liber de præparatione euangelica ab eo scriptus satis declarat. Siue res narret, eximius est, siue peroret, disertus, siue describat, argutus, siue laudet, multiplex & varius, in ordine temporum obseruando exquisitus, in successione notanda diligens. Cum in martyrijs sanctorum oratione persequèdis se ponat, idem planè de eo non inscitè dici potest, quod olim Tullius de Thucydide. In illis incitator fertur, & de bellicis rebus sanctorum martyrum, canit quodammodo bellicum. res ita ab eo verbis exprimuntur, vt non demonstrari sed geri, & ante oculos statui videantur. Cum tyrannorum Christi athletas persequentium crudelitatem explicet, sic oratione omnia depingit, vt maleficorum exitus pulchrè eluceat, quò cæteri ad talem immanitatem postea fiant tardiores. Quòd si quæ in hac historia occurrant, quæ cuiquam vel leuia & exigui momèti, vel minus verisimilia appareant, in illis facile ipse se expedit, dum authores citat, vnde eadem deprompserit. Sed ei qui quæque velit consideratè expendere, non sine graui aliqua causa ab eo in historiam illigata videbuntur. Si illi rursus obijciatur, quod in Arrianam sectam paulo magis propenderet, nostra haud sanè interest: sed dolemus maximè, quod vlla ex parte ab Ecclesiæ

Ecclesiæ

PROOEMIUM

Ecclesiæ norma desciverit, & neutquam in ea re illum defendimus. Verùm quod ad historiam attinet, sic eam tenuit, ut D. Hieronymus cum primis approbet, sic veritati adhæsit, ut nihil in illa erroris omnino reperiat. Quocirca cum tot utilitates complectatur, quisque se in eius quasi familiaritatem crebra lectione insinuet, ut eo pacto studiosè discat, tum quid in Christiana vita cavèdum, tum quid summo studio ac diligentia semper sequendū. Nihil opportunius in omni vitæ institutione quàm & talibus præceptis imbui, quæ mentem ritè ad virtutem erudiant, & illorum exempla deligere ad imitandum, qui vniuersum hoc æui spatium piè confecerunt, & supremum vitæ diem tam augustè & sanctè obierunt. Quibus non prolixa ætatis propagatio, quæ grauibus vexabatur molestijs, sed animæ à corporis compagibus matura dissolutio perpetuò in optatis erat.

Author negotiorum magnitudine impeditus, nec institutum perorationem attexuit: nec in reliquos Authores præfatus est.